



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xvij. De absolute suspensionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

est quod principale, vel dignius, ad accessorium, vel minus dignum trahatur, & satis est, quod nullibi in iure hoc expressum sit.

De Absolutione Suspensionis. Cap. XVII.

S Y M M A R I V M.

- 1 [Absolutionis, relaxationis] & [dispensationis] voces qualiter inter se differant.
- 2 Suspensiones quaedam, absque ulla relaxatione, absolutione, vel dispensatione cessant.
- 3 Sensus lata [Donec quis satisfaciat] satisfactione facta absolutione non indiget.
- 4 Excommunicatio lata sub ea conditione [Donec satisfeceris] absque absolutione non tollitur.
- 5 Sensus [Donec satisfeceris] facta satisfactione, iudicis declaratione indiget de praemissa satisfactione.
- 6 Satisfecisse quis dicitur, ubi plene, & non ex parte creditori satisfecerit.
- 7 Minima non curari, quo sensu verum esse censeatur.
- 8 Sensus ob contumaciam, quae in delictum non transit, cessante contumacia, ipso iure absolutus est.
- 9 Iudex aliquem suspendens donec coram eo compareat, statim, ac comparuerit, absolutus est.
- 10 Sensus ad certum tempus, vel usque ad aliquam actionem lata, ante lapsum illius temporis, vel antequam fiat illa actio, a nullo, nisi a Papa tolli potest.
- 11 Dispensare in iure solus conditor iuris potest, aut is, cui conditor committit.
- 12 Sensus in iure simpliciter lata ob contumaciam, ab Episcopo, vel vices eius gerente absolvi potest.
- 13 Sensus per Synodalem constitutionem lata, & a Papa approbata, per Episcopum relaxari potest.
- 14 Sensus in iure simpliciter ob delictum lata, & nulli reservata, per Episcopum tolli, & relaxari potest.
- 15 Suspensiones omnes iuris ferè propter crimen latae sunt.
- 16 Excommunicatio non solum medicina, sed etiam pena gravissima est.
- 17 Sensus, & pena, & medicina est, & quare vocetur pena spiritalis.
- 18 Sensus in iure in perpetuum lata, per Episcopum tolli non potest.
- 19 Episcopus sibi subditos in sua diocesi, a quibus suspensionibus post Concil. Trid. absolvi potest.
- 20 Concilium Trident. veterem Episcoporum auctoritatem quoad potestatem absolvendi a suspensionibus non restringit.
- 21 Occultum crimen quodnam dicendum sit.
- 22 Crimen, quando ad forum contentiosum deductum esse censeatur.
- 23 Episcopus an ex eo, quod crimen deductum sit ad forum contentiosum, cum citatione partis, & eius depositione, perdat potestatem absolvendi ab illa censura.
- 24 Absolvi a suspensione hominis communiter ille solus potest, qui tulit sententiam, aut successor eius in dignitate.
- 25 Superior rem absolvendum regulariter ad iudicem, qui sententiam tulit, remittere debet.
- 26 Superior, quibus in casibus licite sententiam inferioris relaxare potest.

- 27 Sensus, quibus in casibus non a ferente sententiam, sed a summo Pontifice absolvi queat.
- 28 Praelati Regul. subditos sibi a censuris absolvi possunt.
- 29 In absolutione suspensionis iuramentum aliquando de facto mandatis Ecclesiae exigi debet.
- 30 Forma consuetae Ecclesiae de exigendo iuramento in absolvendo a censura quanam sit.
- 31 Mandatum quod absolvendo a confessoris iniungendum est, quale esse oporteat.
- 32 Iuramentum quando ab eo, qui absolvendus est, exigi non debeat.
- 33 Absolutionis forma a suspensione quanam sit.
- 34 Absolutionis forma, nec in suspensione, nec in alijs censuris, cum certis aliquibus verbis determinata est.
- 35 Absolutionis forma talis esse debet, ut explicet, a qua censura absolutio fiat.
- 36 Absolutio suspensionis aliquando ad cautelam concedi potest, & solet.
- 37 Absolutio ad cautelam in suspensio quanam operetur.

A Nec omnia observandum est, Doctores communiter in hac materia suspensionis vti solere hac triplici voce, Absolutionis, Relaxationis & Dispensationis. Felinus autem in cap. Apostolica. de excep. putat absolutionem esse proprie esse, qua quis solvitur a censura iusta, vel etiam qua absolvi ad cautelam. Relaxationem vero esse, quae vult, qua solvitur a censura iniusta; quod probat ex ca. Odoardus, de solut. ubi cum sermo sit de iniusta censura lata, videtur Gregorius IX. Papa hac voce Relaxationis. Dispensationis autem nomen locum habet in ea suspensione, quae cum feratur in perpetuum, habet quoddammodo naturam depositionis, seu privationis, ut notant Guilielm. Dur. in Specul. tit. 2. §. Nunc ostendendum, & S. Anthon. 3. p. tit. 28. de suspens. ca. 4. non longe a fine. His igitur praesuppositis.

2 Primo certum est apud omnes Doctores (excepto Decio in cap. 1. num. 8. in secunda lect. de iudic.) non omnem suspensionem necessario egere aliquo istorum trium nomen, enim aliqua suspensiones, quae absque ulla absolutione relaxatione, vel dispensatione cessant ex se, ita gloss. in Clem. 1. in verbo Donec, de Decimis. Panor. in c. fin. num. 4. de iur. trim. contactat contra interd. Eccles. & in cap. ad aures, p. 3. de Simonia, ubi etiam refert pro hac re Ioan. And. & Innoc. in cap. cum bonae, de etate, & qual. Ripa, in cap. 1. num. 23. & Felin. num. 7. vers. Secundus casus, & ibi Andreas Alciat. Notat. 5. de iudic. Covarr. in cap. alma mater 1. par. §. 11. num. 5. vers. de absolutione ab excommunicationis sententia, de sentent. excommunicat. lib. 6. q. 1. alios etiam citat Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 4. cap. 4. §. 2. num. 1. & denique communis haec, & recepta est DD. sententia, ex Covar. ubi supra, ut etiam fatetur Decius de Huiusmodi autem sunt suspensiones illae omnes, quae pro pena ad certum, & determinatum tempus latae sunt, puta ad annum, biennium, triennium, &c. sic enim suspensus, statim atque tempus elapsum est, ipso iure absolutus est, nec alia opus est absolutione, sic gloss. in Clem. 1. in verbo Donec, & ibi Anchar. num. 15. de decim. & glo. in cap. facto, in verbo per mensem, & ibi Marian. Socin. num. 1. de sentent. excomm. Innoc. in ca. cum bonae, vers. not. autem, & ibi Panor. num. 5. de etate, & qual. idem Innoc. in cap. sicur, num. 2. de cohabita. Cler. & mul. Barthe. Medina. lib. 1. instr. confess. cap. 1. §. 8. Alphons. Vinaltit. de susp. num. 180. Cosmus Philiaechus, de offic. Sacror. par. 1. lib. 4. cap. 1. Corona Confess. tit. de suspens. num. 1. Toletus lib. 1. ca. 16. Vgolin. ubi supra, §. 2. num. 3. etiam ad tempus prohibitum, post tempus illud permissum esse censetur, arg. l. Imperator, ff. de postul. Id quod procedit, siue quis a iure, siue ab homine suspensus sit, ex Felino in cap. 1. num. 7. de iudic. nec ulla opus est declaratione, ut scilicet absolutus esse debeat, ex Innocent. in d. ca. cum bonae, num. 2. vers. ubi autem, de etate, & qual. & Ripa in cap. 1. num. 25. vers. Secundus casus, de iudic. Panor. in d. cap.

d. cap. cum bonz. num. 5. vers. Quandoque quis est suspensus ad tempus.

7 *Pari modo sunt aliquæ suspensiones late vsque ad aliquam exceptionem; scilicet, donec peniteat, donec satisfecerit.* Quo casu licet Innoc. in cap. cum bonz. nu. 1. & Ioan. Andr. quem ibi refert, & sequitur Panorm. nu. 5. de ata. & qual. inuere videantur, etiam facta satisfactione requiritur absolutio, communis tamen DD. opinio est; facta satisfactione non opus esse alia absolutione, sic glo. in cap. Nullo Missam, in verbo Audiatur, dist. 32. & eadem gl. in c. si qui sunt, in verbo emendent, dist. 81. & glossa in c. Quia sepe, in verbo Donec, & ibi Ancharan. vers. Septimo, & Gemin. numer. 7. de elect. lib. 6. & glo. in cap. fina. in verbo Quousque, de offic. ordin. lib. 6. & in cap. Exigit, in verbo Quousque, de cens. lib. 6. & ibidem Anchar. & Gem. & glo. in Clem. 1. in verbo Donec, de Decim. idem sensit Innoc. sibi contrarius, in cap. sicut, de cohab. Cler. & mulier. & etiam Panorm. in cap. 1. nu. 6. & Felin. num. 7. & Ripa, num. 25. de iudic. & Panorm. in cap. ad aures, numer. 3. de Simon. glo. in cap. cum tu, in verbo Donec. & ibi Panorm. nu. 6. de iudic. glo. in cap. Non est, in verbo Donec ibi fuerint, & ibi Panorm. num. 7. de Sponsal. Angelica, in verbo suspensio 4. in princip. Syluest. verbo suspensio, quest. 8. vers. Primum. Tabiena, verbo Suspensio, nu. 1. vers. Decimo. Summa Aftenfis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 9. Alphonsus Viualdus tit. de suspens. num. 180. Corona Confess. tit. de suspens. num. 8. Cosmus Philarchus de officio Sacer. par. 1. lib. 4. cap. 1. Iacobus de Grassijs lib. 4. decif. cap. 25. num. 14. Gregorius de Valentia tomo 3. dispu. 7. quest. 18. puncto 1. Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 16. Vgolin. de cens. Eccl. Tab. 4. c. 4. §. 2. num. 4. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 1. nu. 5. vers. de absolutione ab excommunicationis sententia, de len. excom. lib. 6. Qui omnes inter alia, in hoc distinguunt putant excommunicationem ab interdicto, & suspensione, quod excommunicatio maior lata sub ea conditione donec satisfeceris, non tollitur aut dissoluitur absque absolutione etiam secuta satisfactione: suspensio autem, vel interdictum sub ea conditione latum, donec aliquis satisfecerit, vel peniterit, facta satisfactione, aut adueniente conditione ipso facto relaxatur, nec alia indiget absolutione, adeo, ut siue sit suspensus a iure, siue ab homine, statim atque satisfecerit, nulla alia interueniente absolutione diuina celebrare poterit, ut notat Felin. in c. 1. nu. 7. & Domin. ab eodem relatus, de iudic. cuius differentie rationem assignat, Vgolin. vbi supra, cap. 4. §. 3. num. 2. quia per excommunicationem maiorem ei iuratur quis extra Ecclesie communionem, ut habetur in cap. Qui merito. & cap. omnis Christianus 11. quest. 3. & ideo excommunicatus precipis dicitur; sicut igitur quis in initio in Ecclesiam sine opera Ministri recipi non potest, arg. ca. Debitum, de baptismo; ita, nec ab ea exclusus, sine opera Ministri eiusdem Ecclesie in eandem iterum recipi debet; & sicut ramus ab arboris precipis iterum inferi eidem arbori sine hominis opera non potest, ita nec excommunicatus in Ecclesiam sine ministro introduci potest. Quæ ratio in suspensione, & interdicto cessat, cum per has censuras extra Ecclesiam quis eiectus non sit; sola igitur facta satisfactione requiritur iudicis declaratio de præmissa satisfactione, & penitentia peracta, ut expresse docent gloss. in dicta Clement. 1. in verbo Donec, de Decim. & Iacobus de Grassijs, Vgolinus, & alij supra sic enim cessabit omne scandalum, cum viderint sic suspensum officia diuina, ut prius celebrantem, & ipsemet suspensus ex tali declaratione se tueri possit contra aduersarium si ei suspensionem obijciat. Tunc autem satisfecisse quis dicitur, vbi plene creditori satisfecerit, arg. l. 1. ff. qui satisfacere cogant. Dixi plene, quia si decem debeat, & minimum quid reliquum factum sit, quod soluat, adhuc suspensus erit, ut notant gloss. in cap. Quia sepe in verbo plene, & ibi Anchar. de elect. lib. 6. & Vgol. de cens. Eccl. Tab. 3. cap. 4. §. 2. num. 7. adhuc enim verum est dicere ipsum non soluisse decem, quæ debebat, & sicut per decem dies suspensus absolutus non est, nisi præterita omnino decimi diei hora postrema, ita, nec hic, nisi & vno nummo, quod reliquum fuerat, soluto, quod intelligitur, nisi creditor ei,

quod reliquum est, remitteret, tunc enim absolutus censetur.

7 *Nec obstat, quod vulgo dicitur, minima non curari, argum. Scio, ff. de integrum restit. Quia id solum verum est, vbi non est eadem ratio in minimo, & in magno, ut in casu proposito contingit; Nam sicut verum est ex illis decem nullis soluis eum decem non soluisse; ita verum est, eundem illa decem non soluisse, vbi vnus etiam nummus deest.*

8 *Eodem modo, qui ob contumaciam suspensus est, quæ in delictum non transit, cessante contumacia ipso iure absolutus est, ex Innoc. in cap. cum bonz. vers. Si vero expressit, de ata. & qual. & in cap. sicut, num. 2. de cohab. Cler. & mul. & Felin. in cap. ex literis, num. 36. de constitut. & Decius ibid. num. 16. vers. Quarta conclusio. Vnde Clericus ob contumaciam suspensus, præstita obedientia, celebrare potest absque alia suspensionis relaxatione, ex Inn. & Fel. vbi sup. cessante enim contumacia, & eius pena cessare debet, arg. c. cum cessante, de appell. Dixi, quando contumacia non transit in delictum, tunc enim ipso iure non liberatur, sed opus est absolutione, arg. c. ex tua, de Cleric. non resid. puta, si Clericus sit contumax in non residendo in beneficio suo, sic Panorm. in cap. ex literis, num. 10. & ibi Fel. nu. 41. de constitut. Follet. in praxi Crimin. Canon. in 3. p. iud. cap. 33. num. 89. Vgol. vbi supra, cap. 4. §. 2. nu. 2. vnde si iudex aliquem suspendat, donec coram eo compareat, statim ac comparuerit, absolutus est, quæ omnia ex communi DD. sententia confirmata sunt, ut propterea longiori explicatione non indigeant.*

10 *Secundo, Certum est apud multos auctores has ipsas suspensiones, quæ ut diximus, late sunt ad certum tempus, vel vsque ad aliquam actionem, aut cessationem ab aliqua actione, antequam labatur illud tempus, vel antequam fiat illa actio, vel antequam ab illa actione cessetur, si sint late in iure, a nullo potius absolui possunt, nisi a Papa, ut colligitur ex his, quæ tradunt glo. in cap. Cupientes, & Ceterum, in verbo Suspensos, de elect. lib. 6. & in Clem. 1. §. verum, in verbo excommunicationis, de heret. Palud. 4. d. 8. quest. 7. artic. 3. Conclu. 11. Angelica, in verbo Suspensio 4. num. 1. Syluest. verbo Suspensio, quest. 8. vers. Tertium. Tabiena, verbo Suspensio, vers. Vodecimo. Vgol. de cens. Eccl. Tab. 4. cap. 4. §. 1. num. 1. Henriquez lib. 13. de suspens. cap. 35. §. 2. Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. c. 16. Ratio est: Quia absoluere istos ante lapsum temporis, est dispensare in iure, cum iura velint expresse illi manere suspensum, vsque ad illud tempus; Dispensare vero in iure nemo potest, nisi conditor iuris, vel cui conditor commississet. Quam etiam rationem ita confirmat Palud. Quia alioquin inquireretur istum absolutum ab inferiori statim post absolutionem suam reincidere in eandem suspensionem, quod patet: Quia iste, ut supponitur fuit absolutus ab inferiori; ergo si hæc absolutio est valida, iam sublata est suspensio, & tamen iura volunt istum manere adhuc ulterius suspensum; ergo redibit suspensio, quæ sublata prius erat.*

12 *Tertio, De suspensione lata in iure simpliciter, si quidem lata sit propter contumaciam, absolui potest ab Episcopo, & ab eo, qui vices eius gerit, sic glo. in Clem. 1. §. verum, in verbo Excommunicationis, de heret. Panorm. in cap. tam literis vestris, num. 3. de testibus, & in capit. 2. num. 5. de solutione, & citat Innoc. in cap. 1. de excess. prælat. Palud. 4. d. 18. quest. 7. artic. 3. Conclu. 11. S. Anton. 3. par. tit. 26. de Suspens. cap. 4. prope finem. Syluest. verbo Suspensio, quest. 8. vers. Tertium. Barth. Medina lib. 1. Instruct. Confess. c. 11. §. 5. Cosmus Philarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 1.*

ADDITIO.

* Adde. Et quod minima curentur a iure in plerisque casibus, quamuis & hoc quandoque fallat, vide, quæ congerit Ant. Nald. in suis Quest. Pract. verbo, Minimum, per totum.

cap. 1. & Gregor. de Valentia tomo 4. diſp. 7. quaſt. 18. pūcto 1. Angelica in verbo Sufpenſio 4. nu. 1. Tabiena, verbo Sufpenſio, §. Vndecimo. Aretinus, & Felin. in d. capit. 2. de ſolutione. Nauar. in Manua. ca. 27. num. 162. verſ. Septimo dico. Henriquez li. 13. de excō. & ſuſpenſ. c. 35. §. 2. Et a qua cunq; ſuſpenſione abſoluere poteſt Epifcopus abſoluere etiam poſſunt conſeſarij præſentati ordinum Mendicantium ex Bart. Medina, vbi ſupra, & conſequenter alij, qui gaudent priuilegijs eorum. Vbi obſeruandum eſt, hoc habere locum niſi Papa, vel ius reſeruauit hanc abſolutionē Sedi Apoſtolicæ; tunc enim a nullo alio abſolui poteſt, quando autem non eſt reſeruata, tunc eo ipſo videtur conſeſa, ſicut de excommunicatione expreſſe ſtatutum eſt in c. Nuper, de ſenien. excommu. Quæ ſententia aperte probatur videtur, ex cap. ex literis de Conſtitu. vbi expreſſe habetur penam ſimpliciter inſiſtam propter contumaciam tam a iure, quam ab homine, ſi non exprimat, quod ſit perpetua, eſſe temporalem; vnde non debet ulterius durare, quam quouſque a contumacia ceſſetur. Ratio etiam id poſtulat: quandoquidem pena propter contumaciam inſiſta, per ſe primo, & præcipue reſpicit ceſſationem ipſius contumaciæ, & ad illam ordinatur, ergo poſtquam quis a contumacia diſceſſerit, a pœna illa liberari debet; & hoc ipſum tenent Vincent. Hugo, Goffred. Innoc. Bern. & Ioā. & Hoſtienſ. ex S. Anton. vbi ſupra. Idem iudicium faciendum eſt, quando conſtitutionem Synodalem inferioris continentem pœnam propter contumaciam Papa approbavit, aut confirmauit, ex S. Anton. Sylueſt. Nauar. Henriquez, Philiarcho, & alijs argum. cap. ex frequentibus, de inſtitut.

Ratio eſt: Quia non plus operatur confirmatio conſtitutionis inferioris per ſuperiorem facta, quam ipſius ſuperioris Conſtitutio, vnde, cum hæc ita ceſſat, & illa etiã ceſſare debet, & ab iſta, ſicut ab illa Epifcopus, dummodo abſolutio alteri reſeruata non fuerit, abſoluere poterit.

14 Quarto, De ſuſpenſione in iure ſimpliciter lata propter delictum, maior eſt inter auctores difficultas; In qua re

Prima ſententia eſt Panorm. in cap. tam literis, num. 31. de teſtibus, & cap. 2. num. 5. de ſolutio, & Nauar. in Man. cap. 27. num. 162. & Felin. in d. c. tam literis, & in cap. Nuper, de ſent. excommu. Qui omnes cum Angelica, in verb. Sufpenſio 4. num. 1. Sylu. verbo Sufpenſio, q. 8. verſ. Tertium, Coſmo Philiarcho, lib. 4. de offic. Sacerd. cap. 1. Gregor. de Valentia, tom. 4. diſput. 7. q. 18. pūcto 1. & Tabiena, verbo Sufpenſio, §. Vndecimo, docent hanc ſuſpenſionem non poſſe per Epifcopum tolli, ſed per ſolum Summum Pontificem, vbi etiam Nauar. addit hoc ipſum a Panorm. vbi ſupra, efficaciter eſſe probatum; Probat autē hoc Panorm. locis cit. Quia pena ſuſpenſionis ſimpliciter appoſita propter delictum intelligitur eſſe perpetua, vt in l. Seruus, C. de pœnis, vbi pena carceris ſimpliciter lata dicitur debere durare in perpetuum. Cum igitur hæc ſententia eandem vim habeant, ſunt tales, ac ſi in perpetuum late fuiſſent. Vnde certum eſt ſecundum iſtos, nullum poſſe ab his ſententijs abſolui, niſi qui poteſtatem habet ſupra ius; Siquidem penam iuris perpetuam relaxare, eſt in iure diſpenſare, in quo ſolus Papa diſpenſare valet. Quod ſi obijcias cap. Nuper, de ſent. excommu. vbi ſtatuitur de excommunicatione, quod hoc ipſo quod conditor Canonis non ſibi reſeruat abſolutionem, eam concedere videtur alijs; ergo pari ratione de ſuſpenſione dicendum eſt. Reſpōdet Panorm. locis cit. d. cap. Nuper, ſolum habere locum in excommunicatione, non autem ſuſpenſione, quia excōmunicatio non eſt pœna, ſed medicina, nec eſt perpetua, ſed fertur quodammodo ſub conditione tacita, donec ſatiſfecerit; Vnde, inquit, Epifcopus eam relaxando cum ſatiſfactione, niſi noui facit contra ius, ſed potius ius commune exequitur, quia ius non vult eum manere in excommunicatione, quando ſatiſfecerit; In ſuſpenſione verò aliter ſe res habet, quia ſuſpenſio eſt pœna, quæ ſimpliciter lata intelligitur perpetua; ideoque ſi Epifcopus tentaret abſoluere, faceret contra ius commune dum remittere, vellet pœnam auctoritate iuris inſiſtam; Non poteſt autem

inferior tollere pœnam impoſitam per ſuperiorem, arg. cap. ſi quem pœnituerit, §. Notandum, 2. q. 3. Hanc eandem Panormitani ſententiam amplexatus eſt. Vgolin. de cenſur. Eccleſ. Tab. 4. cap. 4. §. 1. num. 1. verſic. Prima igitur regula, vbi ait hanc ſententiam non ſolum veram eſſe, ſed ſuſpenſio iure communi lata eſt, ſed etiam vbi Synodalia liqua, ſeu Diœceſana conſtituta ſit ob aliquod delictum. Quare qui in ſuſpenſionem incidit lata per ſtatutum Epifcopi Arimini, ab Epifcopo ſuo Imolæ abſolui non poſſet. Eandem etiam ſententiam veram eſſe putat Henriquez lib. 13. de excommunic. & ſuſpenſ. cap. 35. §. 2. in ſuſpenſione, quæ fertur a iure in pœnam præteriti delicti adulterio grauioris, tunc enim Epifcopum ab ea ſuſpenſione abſoluere non poſſe putat, ſicut nec in huiusmodi delictis adulterio maioribus diſpenſare valet, arg. cap. ar. ſi Clerici, §. de adulterijs, de iudic. ſi tamen delictum ſit adulterium, aut minus adulterio, etiam notorium, tunc in ſuſpenſione ob huiusmodi delictum lata abſoluet Epifcopus, id quod etiam docuit Henriquez poſt Nau. & Panorm. vbi ſupra, qui etiam hanc diſtinctionem de ſuſpenſione ob delictum adulterio maioris, vel minus, lata adpocunt;

Secunda ſententia eſt gloſ. in Clem. 1. §. verum, in verbo Excommunicationis, de hæret. & Innoc. in cap. 2. de ſolutione, & fauent Felin. in d. cap. Nuper, de ſent. excommunic. & in capit. paſtoralis, §. præterea, de offic. ordin. Palud. 4. d. 18. d. 7. ar. 3. Concluſ. 11. Alphoſus Vinald. in ſua Candelabro aureo, ut de Sufpenſ. num. 180. dicentibus ſuſpenſionem in penam impoſitam ſine temporis præſcriptione poſſe per Epifcopum tolli, & relaxari, ſicut & excommunicationem, dummodo eam Canonis conditor alteri non reſeruauerit. Quam etiam ſententiam ipſemet Panorm. in d. cap. tam literis, numero tertio, de teſtibus, & in cap. ſecundo, de ſolut. numero quinto, concedit communiter a DD. eſſe approbatam. Et hæc opinio mihi videtur non ſolum probabilior, ſed etiam ſimpliciter vera; Primo quidem, quia teſte Panorm. communior eſt. Secundo, quia mitior, & benignior eſt. Tertio a ſimili de excommunicatione, omnis enim excommunicatio, quæ non eſt reſeruata, ab Epifcopo tolli poteſt, capitul. Nuper, de ſentent. excommunic. arg. etiam, & ſuſpenſio. Quamuis enim ibi ſolum agitur de excommunicatione, ratio tamen, quæ in excommunicatione ibi redditur, etiam in ſuſpenſione locum habet, vt etiam fatetur Panormitan. de ſuſpenſione lata ob contumaciam, ergo etiam & d. cap. Nuper, diſpoſitio in ſuſpenſione quacunque locum habere debet, argum. ca. cum dilecta, de conſtit. vij. vel inutil. & l. illud, ff. ad l. Aquil. Quarto, quia iura aliquando expreſſe reſeruant hanc ſententiam, & ſuſpenſionem Summo Pontifici, vt ca. cum quidam, cap. literas, c. dilectus, de temp. ordin. Aliquando autem iura non reſeruant, ſed dicendum non eſt, quando reſeruant, hanc reſeruacionem eſſe ſi ultratoriam, ſed quod verè in virtute illius reſeruacionis, ſententia hæc manere reſeruata. Ergo non reſeruanda, videntur eam alijs inferioribus concedere. Quinto, quia omnes ſerè ſuſpenſiones in iuris, vt ex dictis conſtat, propter crimen late ſunt, & mitiè ſimpliciter ſeruntur. Sexto, quia argumentum contrarium Panormitani meo iudicio nihil probat; Nam pœnas in iure ſimpliciter latas propter crimen eſſe perpetuas non aliunde probat, quam ex illa lege civili citata; Quæ lex etiam ſi vniuerſaliter loqueretur de pœnis, a dno canonico locum non haberet in pœnis ſpiritualibus, quorum diſpoſitio ex iure Canonico pendet, & non ex lege civili; Sed in lo Canone habetur expreſſum de pœnis ſpiritualibus, & pœna potius reſtringenda, quam amplianda ſunt, conſtit. & cap. in pœnis, de regul. iur. lib. 6. Deinde lex illa civilis non loquitur vniuerſaliter de omni pœna, ſed de pœna carceris, neque loquitur de pœna in iure lata, ſed de pœna lata per ſententiam hominis; de qua ibi eſt fermo. Præterea, non conſtat hunc eſſe ſenſum illius legis, quem panorm. Panorm. ibi enim ſolummodo fermo eſt de ſententia pœnæ carceris lata ſine temporis præſcriptione, quam particula Sine temporis præſcriptione gloſſa ibidem ait in ſententia

16 tenia fuisse expressam. Nec denique valet dictum illud Panormitan. quo ait excommunicationem non esse penam, sed medicinam; Quamvis enim verum sit esse medicinam, est tamen nihilominus poena, & grauiissima poena; & ita est poena, vt non esset medicina, si non esset poena; Ad eum modum quo cultellus chirurgici in tantum medetur, in quantum lecat, & poena afficit. vnde solent communiter DD. excommunicationem vocare poenam omnium grauiissimam, quae est in Ecclesia, sic S. Augustinus in lib. de corrept. & gratia, capitu. 15. & refertur 24. quæst. 3. capitul. corripiantur, & ibi glo. in verb. Maior. & idem S. August. lib. 1. contra aduersar. legis & prophet. capitul. 17. & tract. 27. ad capitul. 6. Ioann. & habetur 11. quæst. 3. capitul. Nihil. Sotus 4. distin. 22. quæst. 1. articu. 1. versicul. Est ergo. Immo maximam poenam esse tradit idemmet Panormitan. in capitul. cum sit generale, nume. 9. de foro compet. & in capitul. olim inter, numer. 10. de testitu. spoliar. & in capitul. postulati. nume. 5. de Iudicis. & latius diximus libr. 1. de excommunicat. capitulo 3. §. vndecimo. Immo verò comparando poenas istas spirituales Ecclesiasticas penis temporalibus & secularibus, dicitur excommunicationem comparari deportationi, vt

17 Bertin. l. 2. de publi. iudic. Et denique suspensio & poena, & medicina est, sicut & interdicitum; vnde omnes istæ vocantur poenæ spirituales; quia nimirum ordinatæ sunt ad salutem spiritualem siue illius, qui innodatur siue aliorum; & etiam neruus Ecclesiasticæ disciplinæ appellantur, capitul. cum inter, de consuetud. & Clement. 1. de sentent. excommunicat. & Concil. Trident. sess. 25. capitul. 3. de reform. eo quod homines maximè in officio continent, & totam disciplinam Ecclesiasticam in vitio obferuatione conferuant.

18 Quinto. De suspensionibus in iure latis in perpetuum, vel sine spe veniæ, & huiusmodi modis, qualis est illa, quæ habetur in capitul. 1. §. fina. de elect. lib. 6. & illa, quæ habetur capitul. 1. de temp. ordin. lib. 6. & aliæ similes, certum est Episcopum non posse ab illis absolueri, nisi in casibus statim dicendis; & ratio est; quia cum iura velint hanc poenam esse perpetuam, tolli non potest hæc perpetuitas illi, nisi per dispensationem in ipso iure, in iure autem solus Papa dispensare valet.

19 Sexto. Post Concilium Tridentinum in sessione 24. de reformat. capitul. 6. potest Episcopus sibi subditos in sua Diocesi absolueri in foro interiori ab omni proctus suspensione iuris, quantumcumque reseruata Sedi Apostolica, & consequenter etiam si sit lata in perpetuum, dummodo crimen sit occultum, & res non sit deducta ad forum contentiosum, & dummodo etiam non descendat ex homicidio voluntario. Quod idem etiam concedit Vicarijs Generalibus ipsorum Episcoporum; immo verò Congregatio Cardin. censuit ab Episcopo posse non tantum Vicario Generali, sed etiam Pœnitentiario, aut Vicario ad id specialiter deputato, pœnitenti absolutionem disti. cap. sexti: si autem procedat ex delicto non occulto, seruandum est ius commune, ex Henriquez li. 13. de excom. & susp. cap. 35. §. 3. & Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 4. ca. 4. §. 1. num. 1.

20 Circa hanc autem Concilij Constitutionem tria præcipue obseruanda sunt;

Primum est, Non esse mentem Concilij villo modo restringere veterem Episcoporum auctoritatem, sed solum illam ampliari, vnde a quibuscumque suspensionibus poterant Episcopi ante Concilium absolueri in foro exteriori, ab iisdem etiam & iam possunt, & a quibus nullo modo antea absolueri poterant, ab illis modo possunt tantum in foro interiori.

Secundum est, Duo illa verba Concilij *Ex delicto occulto*, & *Non iam deducta ad forum contentiosum* non idem significare. Nam occultum vocatur crimen, quod non est notorium, etiam si ab vno, vel altero sciat; Quia vero ab vno, vel altero scitur, deduci potest ad forum contentiosum, ideo quamuis sit occultum, potest tamen esse deductum ad forum contentiosum. Deductum autem ad forum contentiosum dicitur esse crimen, quod ad iu-

dicem delatum est; & valde probabile est, præter hoc requiri etiam vt sit intumatum parti, quia sepe crimina multa deferuntur ad iudicem, quæ tamen per multum temporis postea a Iudice non intumantur parti, vel propter defectum testium, vel propter aliam causam, vnde colligo, quod quamuis Episcopus nõ debeat absolueri eum, cuius crimen ad se, vel ad suum forum delatum est, sed expectare si forte probetur; si tamen post aliquod tempus viderit actorem non progredi in probatione, existimo Episcopum posse in foro interiori absolueri.

23 Tertium est magis dubium, An scilicet eo ipso quod crimen semel deductum est ad forū contentiosum etiam cum citatione partis & eius depositione, Episcopus perdat facultatem omnino absoluedi postea ab illa censura? In qua re probabiliter omnino dicendum esse puto, si postquam crimen est deductum ad forum contentiosum, reus vel confiteatur in iudicio, vel de illo conuincatur, vel etiã per sententiam damnatur, non posse Episcopum amplius absolueri a censura Papali incurfa propter illud crimen: sin autem reus ita bene se defendat, vt liberetur per sententiam, & declaretur innocens, puto simpliciter Episcopum tunc absolueri posse: quia hæc deductio ad forum contentiosum ita est per sententiam finita, vt non sit amplius in iudicium deducenda, & ita est finita vt reus nullum detrimentum passus sit in fama sua, vnde taliter manet crimen occultum, sicut antea fuit, vt latius libr. 7. cap. 7. num. 12. dicemus.

24 Septimo. A suspensione hominis, nullus omnino absolueri potest, sicut neque ab alijs cœsuris ab homine latis ordinariè & licite, nisi ille ipse, qui tulit sententiam, aut successor eius in dignitate, hic enim reputatur eadem persona. Palud. 4. dist. 18. quæst. 7. art. 3. Conclus. 11. S. Anton. 3. part. tit. 28. de suspensione, cap. 4. in fine, & Summa Astensis, par. 1. lib. 7. tit. 16. artic. 9. Angelica, verbo, suspensio, 4. num. 1. Syluest. verbo, suspensio, §. 8. Tabiena, verbo, eod. §. vndecimo. Armilla, verbo eod. num. 22. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 162. Henriquez lib. 13. de excom. & suspens. cap. 35. §. 2. Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 4. cap. 2. Cosmus Philarchus lib. 4. de officio Sacerd. par. 1. cap. 1. Gregorius de Valentia tom. 4. disp. 7. q. 18. puncto, 1. & Toletus lib. 1. cap. 16. Superior etiam vt præfari auctores testantur, absolueri potest, quod verum est in rigore loquedo communitè tamen non debet absolueri suspensum a suo inferiori, nisi de illius conscientia, qui tulit sententiam, vt colligitur ex c. cum ab Ecclesiarum, & ibi glo. in verbo *Non relaxes*, de offic. ordin. Communiter enim superior remittere debet reum absoluedum ad ipsam eundem Iudicem, qui tulit sententiam, ca. ad reprimendam, de offic. ordin. Quod si superior aliter aliquem absoluat, quamuis absolutio teneat, ex glo. in d. c. cum ab Ecclesiarum, in verbo, nõ relaxes, & communi DD. sententia, communiter tamen sic absoluedo peccat. Excipio solum Summum Pontificem, qui tanquam supremus pastor, & Princeps totius Ecclesie, simpliciter interquisito inferiore, ex plenitudine potestatis absolueri potest, quamuis non soleat hoc facere, & laudabile sit, & Ecclesie vtile id non facere.

25 Iuxta de offic. ordin. Communiter enim superior remittere debet reum absoluedum ad ipsam eundem Iudicem, qui tulit sententiam, ca. ad reprimendam, de offic. ordin. Quod si superior aliter aliquem absoluat, quamuis absolutio teneat, ex glo. in d. c. cum ab Ecclesiarum, in verbo, nõ relaxes, & communi DD. sententia, communiter tamen sic absoluedo peccat. Excipio solum Summum Pontificem, qui tanquam supremus pastor, & Princeps totius Ecclesie, simpliciter interquisito inferiore, ex plenitudine potestatis absolueri potest, quamuis non soleat hoc facere, & laudabile sit, & Ecclesie vtile id non facere.

26 Sunt tamen duo casus, in quibus superior sententiam inferioris licite relaxare possit; vnus est, Quando inferior sententiam tulit sine solemnitate requisita in capit. cum medicinalis, de sentent. excommu. lib. 6. tunc enim si reus ad Iudicem superiorem recurrit, statim potest, & debet ab illo absolui.

Secundus est, Quando interposita appellatione a sententia Iudicis inferioris ad superiorem, appellationis Iudex remittit reum ad Iudicem, qui tulit sententiam, vt ab illo absoluator; tunc enim si ille, qui sententiam tulit, absolueri recusat, potest Iudex appellationis illum statim absolueri, iuxta ea quæ habentur in cap. ad reprimendam, de offic. ordin. & cap. per tuas, de sent. excom. in antiq. & in cap. venerabilibus, §. porro, & §. fina. eod. tit. libr. 6. & Pan. in c. cum ab excommunicato, numer. 14. de Res.ript. In absoluedo autem rationem hanc superior obseruare debet; si enim manifestò constet sententiam iniustam fuisse, simpliciter, & statim absolueri debet, ob cit. capit.

venerabilibus, & cit. cap. ad reprimendam. Sin vero iuste censura hac innodatum fuisse constitit, debet illi sub iuramento precipere, vt suo iudici competenti satisfaciatur, & sic eum absoluat, vt in d. c. ad reprimendam, præcipitur; Quod si nullam fuisse manifestò constet, nullam esse statim declarabit, argumen. capitul. venerabilibus, de sentent. excommun. §. sanè si certum est, lib. 6. si verò dubitetur; vel statim præstita cautione ad cautelam absoluat, vt habetur in d. capitul. venerabilibus, §. sed si ex causa, & §. potest quoque, & capitul. solet eod. titul. lib. 6. & in capitulo per tuas, de sentent. excommun. in antiq. Vel prius, an nulla sit censura, nec nò, cognoscat, & tunc vt causa postulabit, post eius cognitionem, aut nullam declaret, aut eum absoluat, vt habetur in capitulo cum contingat, de offic. deleg. & Denique vbi manifestò constat sententiam valere, tunc ad iudicem, a quo sententia lata fuit absoluedum remittat, vt habetur in d. capitul. venerabilibus, §. sanè si certum est, quamvis & ab ipso absolutio tributa valeat, ex glos. ibi, in verbo, Nec debet, vers. vbi autem superior, in d. §. sanè, & fauet glos. in capitul. cum ab Ecclesiis, in verbo, Non relaxes, de offic. ordin. & Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 1. capitul. 4. §. 2. numer. 5. eo quod per appellationem ei iurisdicção tributa sit, & ad eum causa transfertur, argumen. capitul. Romana, §. si verò vocatis, & capitul. Non solum, & capitul. si a Iudice, de appell. lib. 6. & Panormitan. in d. capit. ad reprimendam, numer. 9. de offic. ordin. & in capitul. pastoralis, §. verum, numer. 2. de appell. Quis autem superior dicendus sit, & appellationis Iudex, abundè satis in lib. 2. de excommun. exposuimus, vbi de causa efficiendi absolutionis ab excommunicatione differuimus; quæ enim ibi de excommunicatione dicta sunt, etiam de absolutione suspensionis intelligenda sunt.

Dixi, Ordinarie, Quia vt Toletus lib. 1. in stru. Sacerd. capitul. 16. notat, si suspensio reseruata non sit, etiam si ab homine sit, poterit Episcopus, vel eius vicem gerens absolvere, siue talis sit inflicta propter contumaciam, siue propter pœnam. Id quod mihi etiam non solum probabile, sed etiam verum videtur in sententia generali hominis secundum ea, quæ lib. 2. capitul. 19. numer. 5. & capitul. 20. numer. 2. de sententia generali excommunicationis ab homine lata diximus.

27 *Octauo, Summissæ notant tres casus, in quibus suspensus restitui, & absolui non potest a suo suspensore, sed necessarium indiget auctoritate Summi Pontificis; quos casus ponunt Angelica, in verbo, suspensio, 4. numer. 3. Syluester verbo, suspensio, quæst. 8. in fine. Alphons. Vivald. tit. de suspensione, numero 181. Tabiena, verbo, suspensio, versicul. Duodecimo. Henriquez lib. 13. de excommun. & suspens. §. 2.*

Primus est, si Clerici, vel Regulares propter exhibitionem Sacramentorum hæreticis, denunciatis, aut propter receptionem elemosinarum, vel oblationum ab eis, vel propter traditionem Ecclesiasticæ sepulturæ, ab Ordinarijs eorum priuati sint officio, sic priuati non ab Episcopo priuante sed a solo Papa restitui possunt, vt habetur in capitul. excommunicamus, 1. §. credentes, de hæreticis. At certè vt rectè notat Nauar. in Manual. capitul. 27. numer. 162. hic casus non loquitur, de suspensis ab officio, sed de depositis. Vt autem notat Bernard. Diaz in sua Praxi Canon. Crimin. capitul. 107. Clericis Regularibus in his delinquentibus adiungitur alia pœna, videlicet, vt sua privilegia sibi non obseruentur in illa Diocesi in qua talia præsumpserint perpetrare. Quod tamen intelligi debet de illis solis, qui delinquent, non de tota Religione, secundum Ant. ibi, quem refert, ac sequitur Anan. ibi.

Secundus est, si quis a proprio Episcopo esset, degradatus, ca. ex tua, de Cleric. non resid. Sed hic casus, vt etiam aduertit Nau. vbi supra, cum de degradato loquatur, non pertinet ad suspensionem, vt patet.

Tertius est, Qui verè pertinet ad suspensionem. Quando aliquis existens culpabilis in collatione beneficiorum, conferendo illa indignis, vita, moribus, & doctrina, & semel, ac iterum monitus a Concilio Prouinciali, adhuc

post secundam monitionem inuentus fuerit culpabilis, & ideo ab ipso Concilio suspensus sit a collatione beneficiorum, talis restitui non potest auctoritati conferendi beneficia nisi per Papam, aut proprium Patriarcham, capitul. Graue nimis de præbend. Quo loco nomine Patriarchæ, intelliguntur quatuor illi antiquissimi Patriarchæ, vt indicitur; Vnde res valde dubia est, an hoc habeat locum in alijs Patriarchis nouiter & postea constitutis; & probabile est cum sit fauor, extèdi posse ad alios, cum illi etiam verè sint Patriarchæ, & integram potestatem Patriarchalem habeant. Quibus addo, hoc etiam locum habere etiam si Episcopus ipse a Concilio esset suspensus; Sin vero Metropolitanus in hoc delinqueret, non debet per Concilium Prouinciale suspendi, sed solum denunciam superiorem, scilicet Summo Pontifici, aut Patriarchæ, vt in d. capitul. Graue, versic. Metropolitanus vero delictum habetur.

28 *Nono, Magister Generalis ordinis Prædicatorum, & singuli Priores, tum Prouinciales, tum Conuentuales, & eorum Vicarij, in locis, & Conuentibus sibi subiectis, fratribus sibi subditis, necnon & alijs fratribus eiusdem ordinis interdum ad eos declinantibus vndecunque impetrari possunt beneficium absolutionis a suspensione, excommunicatione, vel interdico, quas sententias incurserunt in ipso ordine, vel ante ingressum eius; immo etiam & alijs laicis, qui ipsam ordinem velint ingredi, nisi adeo esset excessus enormis, vt mentò esset Sedes Apostolica consulenda, vt testantur S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspens. capitul. 4. prope finem, & Tabiena, verb. suspensio, numer. 4. versicul. Decimo tertio Quod priuilegium illis concessum fuit per Bonifac. & Alexand. Romanos Pontifices, vt habetur in quodam Priuilegio, quod incipit, Virtute, locum prædicti prælati dispensationem obtinere possunt a sine confessoribus super suspensione, & irregularitate quare contraxissent ex eo, quod sententias suspensionis, & interdici, sine scriptis, ex incautela protulissent, ex S. Ant. & Tabiena, vbi supra, vt habetur in priuilegio quod incipit, Exigentibus, a Clemente Papa concessio.*

29 *Decimo, in absolutione suspensionis sæpè exigendum est iuramentum de stando mandatis Ecclesie, iuxta formam Ecclesie consuetam, vt habetur in capitul. Super eo, 2. & capitul. Venerabili, de sent. excommun. ex quibus solis Canonibus, vt notat ibi Panormitan. post Ioan. And. quem citat, colligitur in absolutione suspensionis requiri iuramentum.*

30 *Forma autem Ecclesie consuetata illa est, quæ habetur in capitul. Ex tenore, de sentent. excommunic. & duo continet, vnum est, quod iurare debetille, qui absoluedus est, parere mandato Ecclesie, vel mandato ipsius absoluentis, vel mandato superioris, ad quem mittitur,*

Secundum continet mandatum, quod iniungendum est illi, qui absoluitur, quod mandatum est multiplex. Primo enim in virtute iuramenti præstiti iniungendum est illi, ne de cetero audeat committere illud ipsum crimen. Secundo, Quando crimen, propter quod incurta est suspensio, vel alia censura, concernit tertiam personam, est etiam ei iniungendum vt parti offensa satisfaciatur, vt habetur in capitul. Porco, & capitul. parochianos, de sentent. excommunic. Tertio, ex vi eiusdem iuramenti potest, & communiter debet eidem iniungi aliqua moderata & rationalis pœna, vt ex ea discat non facilis esse in delinquendo, vt colligitur ex capitul. ex tenore, & capitul. granem, de sentent. excommunicat. & obseruat communis praxis Ecclesie. Hoc autem præcipue locum habet, quando crimen propter quod incurta est censura publicum & notorium est. Cum enim huiusmodi peccata offendant, & scandalizent Ecclesiam, necessum est, vt aliqua satisfactio eidem Ecclesie fiat. Quibus addo, quod quando quis ante absolutionem hæc omnia prestare posset, tunc opus non est iuramento villo; si enim hæc omnia præsterit, nequaquam absoluetur, non est quod iuret, nisi forte, vt iuret non amplius illud committere.

33 *Undecimo*, Forma absolutionis a suspensione hæc communiter, vel non dissimilis ab ista assignatur a Doctoribus; *Ego te absoluo a vinculo suspensionis, quam incurristi ob talem causam, & restituo te executioni tuorum ordinum, vel officiorum, & si suspensio erat ab aliquo determinato ordine, vel officio dicendum erit, restituo te executioni talem ordinis, vel officii;* sin autem quis a beneficio suspensus sit, et si DD. nihil dicant de absolutione ab hac suspensione, hæc tamen commode adhiberi poterit, vt notat Vgol. de cens. Eccles. Tab. 4. cap. 16. *Absoluo te a vinculo Suspensionis, in quam incurristi ob talem causam, & restituo te ad tuam beneficium.* Et postremo addenda est inuocatio Sanctissimæ Trinitatis, dicendo: *In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Hinc formam expresse ponunt S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, capitulo 4. prope finem. Syluest. verbo, absoluitio, 6. nume. 2. & verbo, suspensio, quæ est. 8. versicul. Secundum Tabienam, verbo, absoluitio 3. nume. 11. Nauar. in Manual. capitul. 27. nume. 161. versiculo Sexto dico. Vgol. cit. & Toletus libro 1. capitulo 16. vbi Nauar. adit, quod si suspensio dubia sit, dicendum erit, *si teneris aliquo vinculo Suspensionis, a quo te possum absolue- re, absoluo te.*

34 *Vbi* tamen obseruandum est, quod licet hæc forma communiter tradatur a DD. ea tamen non est necessaria, neque vlla alia forma determinata cum certis aliquibus verbis, sed satis erit quæcumque verba proferre, dummodo Index significet absolue illum a suspensione; vt si dicatur, *soluo te, remoueo, & reuoco suspensionem tuam, remitto, aut tollo tibi suspensionem tuam, ex S. Anton. Syluestro, & Tabiena, locis proximè citatis, & eod. Tabiena, in verbo, suspensio, 4. nume. 2. & Vgol. cit. §. 1. Immo vero etiam si reo suspensio expresse petenti absolutionem a sua suspensione Index responderet, *absoluo te*, intelligendum est absolutum esse a suspensione; Nec minus puto absolutum fore, si reo sic suspensio, & absolutionem a suspensione petenti, Index responderet, *fiat, quod petis.* Idem si Index præsertim persona insignis, nihil responderet, sed solam illi sic petenti absolutionem a suspensione, *manu benedictionis impartiretur*, quibus addo, Quotiescunque habemus aliquod externum signum, quo vel exprimitur, vel insinuetur quoquo modo absolutio, iudicandum erit in fauorem ipsius suspensi, vt intelligatur absolutus. Et ratio est: quia absolutio a suspensione, & ab alijs censuris non est sacramentalis, & consequenter non indiget ex natura sua, & intussecè aliquo verbo.*

35 *Notandum* tamen est, quamuis hoc, quod hæcenus diximus verum in rigore sit, non tamen debent facile iudices quæcumque forma verborum vii pro suo beneplacito, quin saltem explicent se absolue ab hac suspensione, vel illa; & hoc primo, quia id postulat communis praxis iudiciorum, & Ecclesia communiter formam suprascriptam obseruat; Secundo, quia alias sæpe magna quæstiones, & contentiones nascerentur super valore ipsius absolutionis. Tertio autem eam ob causam exprimenda est inuocatio Sanctissimæ Trinitatis, vt homines cum reuerentia, & honore accipiant absolutionem, & censuras, & Prelatos Ecclesiæ reuereri assuescant.

36 *Duodecimo*, Absolutio suspensionis aliquando concedi solet ad cautelam, sicut & absolutio excommunicationis, ex Ancharano in capitul. solet, numer. 5. versic. ad Quartum. & Gemina ibidem §. in Secunda, numer. 11. versicul. eod. & Philippo Franco ibid. versicul. Quarto, & communi sententia DD. vt enim hoc habetur de excommunicatione, capicul. Solet, & in capitul. venerabilibus, de sententia excommuni. lib. 6. & in capitul. per tuas, tit. eod. in antiqua etiam idem de suspensione colligitur ex capitul. venerabilibus, de sententia excommuni. & ex capitul. Apostolicis, de except. & latius tradit Vgol. de censur. Eccles. Tabul. 1. capitul. 21. §. 1. numer. 9. Quod si petas quidnam operetur absolutio ad cautelam in suspensio; non enim videtur operari posse illum effectum, quem operari possit ad excommunicatum? Respondeo, absolutionem ad cautelam duo præcipue operari; vnum est, Quod tollit

centuram, & facit, vt homo legitime in iudicio agere possit; & ratione huius effectus necessaria est in excommunicato, non autem in suspensio, quia excommunicatus, cum sit priuatus communionem aliorum, non potest agere in iudicio, neque Iudex illum audire valet. Secundum est, Quod absolutio hæc operari potest hoc, vt homo possit exercere sua officia; vel etiam iurisdictionem, vel actus ordinum, si ab eis erat suspensus: vnde existente lite super valore suspensionis; vel eius nullitate; non debet vilo modo se illis ingerere, ne si censura postea declaratur valida, vel irregularis inueniatur, si suspensio erat ab ordine, vel reus violatæ suspensionis; ideoque si sine periculo officia sua, vt prius exercere velit, absolutionem ad cautelam prius quætere debet.

APPENDIX HUIUS CAPITULI, & totius libri.

Ubi frequens mentio, tum in libro hoc, maxime capitulo 12. numero 25. & deinceps, capitulo 14. numero 30. & capitulo 16. numero 11. tum etiam libr. 6. capitulo 12. numero 9. & libro septimo, capitulo 10. numero 29. 36. 38. & 40. facta sit Constitutionis cuiusdam Clementis Papæ VIII. qua rigorem alterius, Bullæ Sixti V. moderatur ad meliorem eorum omnium, quæ in præcedentibus, & sequentibus habentur notitiam & intelligentiam; necessarium visum est, vtriusque Constitutionis verba, in fine libri huius inferere, prout in hac vltima Clementis VIII. Constitutione continentur; Titulus autem & tenor est huiusmodi.

S. D. N. D. CLEMENTIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VIII.

CONSTITVTIO MODERATORIA
Bullæ fel. rec. SIXTI PAPÆ V. contra Clericos malè promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes.

CLEMENTIS EPISCOPVS SERVVS
SERVORVM DEI. Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVM Pontificem decet ea, quæ ob iustas causas interdum statuta sunt, cum ipsa rerum experientia suadet moderari, & immutare, prout in Domino salubriter conspicit expedire. Aliàs sane emanarunt literæ fe. Sixti Papæ V. Prædecessoris nostri contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes, tenoris infrascripti, videlicet.

Sixtus Episcopus, Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Sanctum, & salutare sacri ordinis Sacramentum ab ipso Domino, & Salvatore nostro Iesu Christo institutum, beatisque Apostolis, & eorum legitimis successoribus singulari diuinæ bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam salutemque animarum sanctorum, ac religiosè administrari decet, vt quæ vel ex typo, & figura veteris legis, vel aliàs ex multa sanctorum Patrum

providentia, circa ordinandorum natales, ætatem, vitam ac morum probitatem, ſanctitatem, ſcientiam, & alias qualitates in ſacris ordinationibus requiſitas per ſacros Canones, vel apoſtolicas Conſtitutiones, aut generalium Conciliorum decreta, ſalubriter ſtatuta fuerunt, ea iuvolatè obſerventur. Nam ſi in veteri teſtamento tam multa de integritate, & munditia Sacerdotum & miniſtrorum Altaris, deque eorum præſtantia & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus per Malachiam Prophetam, Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt: certe multo maior ratio & diligentia adhibenda erit in promovendis tam inferiorum graduum Clericis, quàm etiam præſbyteris, qui ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterij, in ædificationem Corporis Chriſti conſtituuntur; prout de his ipſis, & diviño verbo, & Beatorum Apoſtolorum præceptis, ac ſimul Sanctorum Patrum ſtatutis ſæpiſſime traditum eſt. Quare nos pro ea, quæ nobis a Domino iniuncta eſt, cunctarum Eccleſiarum cura, & ſolicitudine, ipſos Paſtores & Præſules Eccleſiarum, quorum proprium munus eſt perſonas idoneas Clericali militiæ aſcribere, & ad minores, maioresque ordines rite promovere, auctoritate noſtra duximus admonendos, ut in exequendo hæc in parte ſuo Paſtorali officio attentius poſthac invigilent, Canonicas ſanctiones, ut patet eſt, obſervent, ac ut nemini detur offenſionis occaſio, neque eorum miniſterium vituperetur ſtudent vitare ea omnia ſcandala, & abuſus, quæ ex vitioſa & minus Canonica Clericorum ordinatione cernimus cum magno animi noſtri dolore frequentius exoriri.

Cùm enim multi, etiam interdum inhabiles & indigni, non vocati ſancta Dei vocatione, ſed potius Satanae dolis decepti, prætextu devotionis & pietatis, rem quidem ſacram & divinum munus, intempèſtively tamen & inordinate affectantes, ſeu temporale aliquod commodum, aut lucrum ſibi proponentes, vel nimia ſimplicitate & imperitiâ, malitiæ aut fraude ad ſuſcipiendum Clericalem characterem, aliosque ordines, ante ætatem legitimam, vel a non ſuo Epifcopo aut non præiug debito ex auctoritate & approbatione, ſine aliâ minus rite, vel etiam temere ſe ingerant; Debet ſane Epifcopi paternæ charitatis & prudentiæ eorum ſaluti, qui ſæpe neſciunt, quid petant, melius etiam, quàm ipſemet poſtulant, & ſalubrius conſulere, nec tam quid flagitent, quàm quid expediat conſiderare; ſumma verò diligentia providere, tum in alienæ diœceſis ſubditis ordinandis, nec quemquam promoveant ſine eorum Ordinarij literis dimiſſorijs, tum in recognoſcendis ipſis literis, ne falſo, aut ab aliquo, qui auctoritatem illas concedendi non habeat, confectæ ſint, tum denique in examinandis natalibus, ætate, vita moribus, ſcientiâ, idoneitate, titulo, & reliquis qualitatibus, ne quid in ſua, vel alienæ diœceſis perſonis ad Clericalem honorem, & Eccleſiaſticos ordines promovendis deſideretur eorum, quæ ex præſcripto ſacrorum Canonum requiruntur.

Utiq; Præſules Eccleſiarum intelligant, ſi in re tam gravi & tanti momenti culpa, aut negligentia peccaverint, ſe non modò in tremendo Dei iudicio, verùm in hoc quoque ſeculo Rom. Pontifici ſuæ villicationis rationem fore reddituros; Præſenti Conſtitutione perpetuo ſtatimus, & ordinamus, ut ſi in poſterum Antifites aliquis Epifcopali, Archiepiſcopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens: aut Abbas ad primam tonſuram minoresque ordines ſuis ſubditis conferendos a Sede Apoſtolica auctoritatem habens, quemcunque ſecularem, vel cuiuſvis ordinis, aut militiæ regularem, ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, ſeu aliâ inhabilem, vel irregularem exiſtentem, vel extra tempora a iure ſtatuta, vel abſque veris dimiſſorijs ſui Ordinarij literis, aut per falſum, vel furtivum, aut quoad ſeculares ſine titulo ſufficientis beneficii, vel patrimonij, aut ante ætatem per facti generalis Tridentini Concilij decreta primæ tonſuræ, aut cuique ordini præſcriptam, aut non ſervatis tempo-

rum interſitijs, ita ut aliquis unico die, ſeu continuatis diebus, ad plures Ordines Sacros, vel poſt unum ordinem ſuſceptum ſine cauſa rationabili antequam tempus ab eodem Concilio Tridentino præfixum elabatur, ad alium ordinem promoveatur, ſine diſpenſatione, aut indulto Apoſtolicò, Clericali characterè non legitime ingnuerit, aut ad ordines minores, vel Sacros, ut præſertur, vel alias male promoveat, ſive id ſcienter, ſive ignorantè fecerit, niſi debita diligentia adhibita juſtus excuſet, & probabili facti ignorantia eum excuſet, ut in quo deliquit, in eo puniatur, a collatione quorumcunque ordinum, atque adeo ipſius tonſuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſtat, alijsque gravibus penis noſtro, & pro tempore exiſtentis Roman. Pont. arbitrio puniatur.

Quo ſi ſpeta huiuſmodi ſuſpenſione, & interdictione præmiſſis ſe temere ingreſſerit, etiam a regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, & a perceptione fructuum menſæ eiufdem, ac quorumcunque beneficiorum per eum in titulum, vel commendam, ſeu aliâ obſenturum ſuſpenſionem, eo ipſo incurat, cuiusque interdictionis, aut ſuſpenſionis relaxationem, aut penarum remiſſionem ab alio, quàm a Rom. Pont. pro tempore exiſtente, nequeat obtinere.

Et nihilominus ſel. rec. Pij II. & aliorum Rom. Pont. noſtrorum prædeceſſorum, qui per ſuas Conſtitutiones, aut in Cancellaria Apoſtolica publicatas Regias contra huiuſmodi Clericos male promotos, diverſas penas iniſerunt, veſtigij inhiſcentes, eodem Clericis poſthac male promotos ab executione, miniſterio, & exercitio ordinum ſuſceptorum & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ſuperiores perpetuo ſuſpenſos declaramus; & ſi in eis miniſtrare præſumpſerint, illos ſic irregulares effectos, omnibus & quibuſcunque per eos in titulum, commendam, aut aliâ obſentis dignitatibus, officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, quomodocunque qualiſcunque ſecularibus, vel cuiuſvis ordinis aut militiæ regularibus, ac etiam ſi ipſi Clerici regulares fuerint, actiua & paſſiva voce ipſo facto privamus, & iſi priuatos atque ad illa & alia ſimilia vel diſſimilia in poſterum obtinenda in perpetuum inhabiles & incapaces eſſe decernimus & declaramus; dignitatum, officiorum & beneficiorum huiuſmodi, ſic pro tempore vacantium, diſpoſitionem nobis, & Apoſtolicæ Sedi perpetuo referantes.

Ut autem homines, qui nimia indulgentiâ & ſpe impunitatis, ac veniæ facilitate, hæcenus fuerunt ad huiuſmodi facinora procliviores, ea ſublata & præcluſa ab his abſtineant, & caveant in futurum tam abſolvendi, quàm diſpenſandi, facultatem in caſibus ſuperius expreſſis, etiam in foro conſcientiæ nobis & ſucceſſoribus noſtris, duntaxat, auctoritate & tenore præmiſſis, perpetuo referamus; Inhibentes ne a quoquam ſeculari, vel cuiuſvis ordinis regulari Præſbytero, vel Præſbitero quavis auctoritate fungente, nec per quæcunque Iubilæa, & Indulgentias, etiam pleniffimas & extraordinarias per noſtros prædeceſſores, aut noſmetipſos, vel ſucceſſores noſtros, anno Iubilæi, aut alio quovis tempore & Circiariæ Sanctæ, vel quocunque alio titulo, modo, & forma, Motu proprio, & Conſiſtorialiter, ſeu ad quorumcunque Principum, Regum, aut Imperatoris inſtantiam, eorumque contemplatione, & intuitu, cum quibuſvis ampliffimis in genere, vel in ſpecie derogatorijs clauſulis conceſſa, vel in poſterum concedenda, nec vigore aut prætextu facultatum, aut priuilegiorum Mare magnum, aut alias quomodolibet nuncupatorum, quibuſvis ordinibus, Congregationibus, aut perſonis regularibus, aut Epifcopis, per decreta Concilij Tridentini, aut officio ſacrae Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, vel minoribus, aut etiam Maiori, Pœnitentiarijs noſtris, & Roman. Pontif. pro tempore exiſtentis, vel aliâ quomodolibet pro tempore conceſſorum, Perſonæ, ſic ut præſertur, delinquentes tam ſcilicet Anuſtites, ſeu Abbates promoventes, quàm Clerici

Clerici malè insigniti seu ordinati a reatibus, & excessi-
bos præfatis absolui, præterquam in mortis articulo pos-
sint, aut debeant, nec cum ijs super irregularitate propter
præmissa contracta, etiam si crimen penitus occultum fue-
rit, quoais modo valeat dispensari.

Verum enim verò quia grauioribus morbis fortiora
sunt adhibenda remedia; & iuxta personarum, loco-
rum, ac temporum qualitates leges sunt immutandæ,
penæque aggrauandæ & emolliendæ; cum huiusmodi
peccatu in Satana suggerente, hominumque fragilitate
assentent; videatur iam ad culmen vitiorum ascendisse,
se, & in præcipiti esse: Ideo, vt homines saltem penæ
timore, propter honoris confusionem, a peccato deterrean-
tur, nouum huic veneno antidotum cogimur præpara-
re. Ac propterea volumus, vt qui absolutionem & di-
spensationem huiusmodi petent, semper, quamuis delictum
adhuc occultum extiterit, non per officium Sacræ
Pœnitentiariæ, sed a nobis & pro tempore existente Rom.
Pontifice in vtroque foro absolutionem petere tenean-
tur: alioquin ipsæ concessiones & absolutiones, etiam
cum clausula, quod præsentis Constitutionis teneor & alia
prædicta habeantur pro expressis, prorsus nullæ irritæ
& inualidæ existant, ac nemini penitus suffragen-
tur.

Ceterum si quis Antistes, vel Abbas, seruatis quidem
cunctis præmissis & ceteris omnibus, quæ in ipsius tonsu-
re & ordinum collatione obseruari debent, personas ha-
biles & idoneas, sed tamen recepta ab ijs, quibus tonsu-
ram, aut ordines conferet, pecunia, pretio, vel præmio si-
moniacè in futurum insigniuerit, vel promouerit: volumus,
vt præter alias censuras, & penas contra simoniacè
ordinantes & ordinatos a sacris Canonibus & Constitu-
tionibus Apostolicis alias inflictas & irrogatas, quibus
nequaquam derogare intendimus etiam omnia & singula
supradicta in sic promouentibus & promouis locum ha-
beant: Decernentes præsentis literas sub quibusuis con-
cessionibus, facultatibus, & gratijs, etiam in casibus qui-
buscunque Sedi Apostolicæ quomodolibet, etiam in Bul-
la Cœne Domini reseruatis, etiam sub nomine Iubilæi
plenarij, vel Cruciatæ sanctæ, absoluedi facultatem qui-
busuis personis generaliter, vel specialiter tribuentibus,
minimè comprehendi; sed semper ab illis exceptas esse &
censeri: sicque in præmissis vniuersis & singulis per quo-
suisque Iudices, & Commissarios, etiam causarum Pala-
tij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublatæ eis
& eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi & interpretan-
di facultate in quauis causa & instantia iudicari & defini-
ri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his a
quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, con-
tingerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus &
ordinationibus Apostolicis, ac in Concilijs etiam genera-
libus editis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem
præsentis literæ omnibus innotescant, mādāmus illas ad
Valuas S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum
de Vrbe Basilicarum, & in acie Campi Floræ, affigi & pu-
blicari, & post quindecim dies qui in Vrbe sunt, qui verò
extra eam & citra Montes intra quatuor menses, qui de-
mum ultra Montes erunt intra octo menses a die publi-
cationis huiusmodi computant, perinde efficere & arcere
ac si eorum cuique personaliter intimatæ fuissent, ac ea-
rundem præsentium literarum exemplis, etiam impressis,
Notarij publici manu subscriptis & sigillo personæ in di-
gnitate Ecclesiastica constitutæ ob signatis, eandem fidem
in iudicio & extra illud abhiberi quæ ipsis præsentibus
adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo om-
nino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordi-
nationis, declarationum, priuationis, reseruatum, inhi-
bitionis, voluntatum, decretorum & mandati infringere
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atten-
tare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac
Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit in-
cursurum. Dat. Romæ, apud S. Petrum Anno incarnationis
Dominicæ Milleſimo quingentesimo octuagesimo octa-
uo, Nonis Ianuarij, Pœnitentiarij, Pontificatus Nostri Anno Quarto. Nos

animaduertentes in dictis literis nihil ferè, quo ad ea, quæ
in ordinu collatione seruanda sunt, disponi, ultra id quod
in sacris Canonibus, & in Concilij Tridentini decretis, ac
aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum no-
strorum Constitutionibus dispositum fuit, sed diuersas
penas, & censuras Ecclesiasticas contra Episcopos, & alios
Prelatos in ordinum collatione peccantes, & similiter co-
tra Clericos tam seculares, quam cuiusuis ordinis, institu-
ti, & militiæ regulares malè promotos constitui; absolu-
tionemque & dispensationem Sedi Apostolicæ reseruari,
& altàs sicut in præfatis literis continetur; Consideranteſ-
que tam promouentes, quam eos, qui ad dictos ordines
promouentur, sæpe censuris, & penis huiusmodi, ob illa-
rum multiplicitem in eorum perniciem animarum varijs
modis illaqueari, nonnullos ex Prælatiſ, & Episcopis
in cõferendis huiusmodi ordinibus nimis scrupulosè pro-
cedere, multosque metu penarum, & censurarum præ-
fatarum ab ordinum collatione prorsus detereri, adeo vt
Clericorum, & Sacerdotum numerus propterea aliqui-
bus in locis valde imminutus sit, omnium in præmissis se-
curitati, ac animarum saluti, paterna charitate prospice-
re volentes: Motu proprio, & ex certa scientia nostris,
ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra per-
petuò valitura Constitutione, supradictas literas ad ter-
minos sacrorum Canonum, ac Constitutionis rec. me. Pij
Pape II. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit, Cum ex
sacrorum ordinum sub dat. videlicet. Quintodecimo Kal-
len. Decembris, Pontificatus sui Anno Quarto, cuius te-
norem præsentibus pro expresso haberi volumus, & ad
dispositionem decretorum sacri Tridentini Concilij re-
stringimus, & reducimus, nec non censuras, & penas in
eisdem Sixti literis contra quoscunque, præterquam con-
tra Simoniacè ordinantes, & ordinatos, inflictas, quas vo-
lumus in suo robore permanere (alijs etiam penis &
censuris per eosdem Canones, ac Constitutionem Pij II.
Cõciliumq. Tridentinum iniunctis saluis & firmis reman-
entibus) moderamus & abolemus. Decernentes sic & non
aliter per quoscunque Iudices, & commissarios quauis au-
thoritate fungentes etiam eiusdem Romanæ Curie Car-
dinales, & causarum Palatij Apostolici Auditores, subla-
ta eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & inter-
pretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & de-
finiri debere, irritum quoque & inane quicquid secus su-
per his a quoquam quauis auctoritate, scienter, vel igno-
rante contingerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac
quibusuis alijs Constitutionibus, & ordinationibus Apo-
stolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus
autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, ma-
nu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius
Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica consti-
tutæ ob signatis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra
illud habeatur, quæ eisdem præsentibus heberetur si forent
exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum
liceat hanc paginam nostræ restrictionis, moderationis re-
uocationis, abolitionis, decreti, & voluntatis infringere,
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atten-
tare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac
Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit in-
cursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno In-
carnationis Dominicæ Milleſimo quingentesimo nona-
gesimo quinto, pridie Kalend. Martij Pontificatus Nostri
Anno Quinto.

L. Card. Prodani.

M. Vostrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Quia verò quæ in hac Bulla Sixti V. contenta ſunt, ſuperius expoſita, & maxima ex parte reuocata ſunt per hanc nouam Clementis VIII. Conſtitutionem, vt ex eiusdem tenore conſtat, ſolum in hoc loco annotare placuit hæc duo, quæ ſequuntur, Quorum

Primum eſt, Quod licet omnia, quæ in præfata Bulla Sixti V. de malè promouis Clericis, & Epifcopis in ordinibus conferendis delinquentibus continetur, excepto vno caſu ſcilicet, Simonie, tam in tonſuræ, aut ordinum collatione, quàm in eorundem receptione, commiſſa, ad terminos Sacrorum Canonum, ac Conſtitutionis Pij Papæ II. quæ incipit, Cum ex Sacrorum ordinum. & ad diſpoſitionem Decretorū Sacri Tridentini Concilij reducta ſint, qui tamen in penas præfate Bullæ Sixti V. antequam hæc Clementis VIII. Conſtitutio edita, & promulgata fuerat inciderint, a prædictis pœnis virtute huius poſterioris Clementis VIII. Conſtitutionis, non liberantur. ſed earum abſolutionem, & diſpenſationem a Summo Pontifice petere & obtinere tenentur, haud ſecus ac ſi Bulla hæc Clementis VIII. edita non fuiſſet. Quamuis enim cenſuras, & penas in eisdem Sixti literis contra ſic delinquentes inflictas moderetur, & aboleat in futurum, antea tamen incurſas neque tollit, neque earum abſolutionem, aut diſpenſationem moderatur, vt ex ipſius Bullæ verbis manifeſtum eſt.

Secundum eſt, Quod cenſuræ, & pœnæ omnes in præfatis Sixti V. literis contra quoscuque Simoniacè ordinantes, & ordinatos inflictæ, nõ obſtante hac Clementis VIII. Conſtitutione, in ſuo robore permanent; vnde ſi quis Antifites, vel Abbas tonſuram, aut ordines conferat perſonis alioquin habilibus, & idoneis, recepta ab ijs, quibus tonſuram aut ordines conferret pecunia, precio, vel præmio Simoniacè, a collatione quorumcuque ordinum atque

adeo ipſius tonſuræ, & ab executione omnium munerum Põrificium eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdicitus eſt. Et ſi præta huiusmodi ſuſpenſione, & interdico in præmiſſis ſe temere ingerat, etiam a regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monafterij, & a perceptione feuctuum menſe eiusdem, ac quorumcuque beneficiorum obtentorum eo ipſo ſuſpenſus eſt, cuiſque interdici, aut ſuſpenſionis relaxationem, aut penarum, remiſſionem a ſolo Pontifice pro tempore exiſtente obtinere valet. Sic autem Simoniacè ſcienter ordinatos ab executione ordinum ſuſceptorum & ab omni ſpe aſcendendi ad alios ſuperiores perpetuo ſuſpenſus eſt, & ſi in eis miniſtrauerit, etiam ſi Minores tantum ſint, quod nouum eſt per hanc Sixti V. Bullam) ſunt irregulares, & a præfatis cenſuris abſolui, aut ab irregularitate propter præmiſſa contracta, etiam ſi crimen penitus occultum fuerit, ab alio quam a Papa diſpenſari nequit, immo nec Epifcopus virtute Concilij Tridentini, aut Prelatus Regularis vigore aut pretextu cuiuſcuque priuilegij cum eo diſpenſare valet, vt ex dictæ Bullæ verbis manifeſte colligitur. Deinde ſic ordinati & irregulares effecti, ſi Clerici ſeculares ſint, quibuſcuque beneficijs Eccleſiaſticis, & dignitatibus, & officijs obtentis; ſin verò Regula res ſint, actiua etiam & paſſiua voce ipſo facto priuati ſunt, & ad illa, ac alia ſimilia, vel diſſimilia in poſterum obtinenda in perpetuum inhabiles ſunt, ac dignitatum, officiorum & beneficiorum huiusmodi, ſic pro tempore vacantium diſpoſitio Sedis Apoſtolice perpetuo reſeruat. Quæ omnia ex verbis præfate Bullæ Sixti V. manifeſta ſunt. Quas autem penas alias ſic Simoniacè ordinati incurunt, latius lib. 7. cap. 12. no. 17. & ſeqq. oftendemus. Hæc interim de Bullæ vtiuſque intelligentia, & ſuſpenſionis materia, necnon de toto hoc libro dicta ſufficiant.

Finis Quarti Libri.

